

rione minus digitorū duorum fiant ex testa, sed ita,
 ut hi tubuli ex una parte sint linguati, ut alius in
 alium inire conuenireq; possint. Tum coagmenta eo-
 rum, calca uiua ex oleo subacta sunt illinenda, & in
 declinationibus libramenti uentris, lapis est ex sa-
 xo rubro in ipso geniculo collocandus. Isq; perterebra-
 tus, uti ex decursu tubulus nouissimus in lapide co-
 agmentetur, & primus similiter librati uentris, ad
 eundem modum in aduersum cliuum, nouissimus li-
 brati uentris in cauo saxi rubri hereat, & primus ex
 pressionis ad eundem modum coagmentetur. Ita li-
 brata planitia tubulorum ac decursus & expressio-
 nis, non extolletur, Nanq; uehemēs spiritus in aqua
 ductione solet nasci, ita ut etiam saxa perrumpat,
 nisi primum leniter & parce à capite aqua immitta-
 tur, & in geniculis, aut uersuris alligationibus, aut
 pondere saburræ contineatur, reliqua omnia uti fi-
 stulis plumbeis ita sunt collocanda. Item cum primo
 aqua à capite immittitur ante fauilla immittitur, uti
 coagmenta si qua sunt non satis oblita, fauilla obli-
 nantur. Habent autem tubulorum ductiones ea com-
 moda, Primum in opere, q̄ si quod uitium factū fue-
 rit, q̄libet id potest re ficere, etiamq; multo salubrior
 est ex tubulis aqua quam per fistulas, quod p̄ plum-
 bum uidetur esse ideo uiciosa, q̄ ex eo cerussa nasci-
 tur. Hæc autem dicitur esse nocens corporibus huma-
 nis, ita si quod ex eo procreatur idest uitiosum, non
 est dubium quin ipsum quoq; non sit insalubre. Exē-
 plar autem ab artificibus plumbariis possumus acci-
 pere, q̄ palloribus occupatos, habent corporis colo-